

Atque hæc sunt, quæ paucis de superficiali hujus Terrauei globi strukturâ, (in cuius tamen profunditates nemo unquam ad dimidium milliare germanicum pertigit) adduci voluerimus.

Verum enim verò, quid de interioribus penetralibus, ad 100, 200, 400, 800, & ultrà millaria dicemus? Quis scit, quid aliarum nobis unquam meditatarum Creaturarum, nec cogitatione quidem fingendarum strukturarum, viscerumque, &c. in imis & ingentibus illis recessibus, inclusum vel absconditum sit? Cùm enim Deus & natura Microcosmum, om-

Telluris Vis-
cera omni-
modo inco-
gnita.

niaque animalia circa hunc globum reptantia, tam mirificè externè quām internè ornaverit, & nihil quicquam omiserit vel superfluum in eis fecerit, facile concludendum: quod ætherei hujus animalis, Macrocosmi scil. internum incomprehensibilis amplitudinis spatium, non petrosa aut lutea faltem massâ, extructum fit; Ridiculum certè foret Regis alicujus Palatium extrinsecè solum ornare, internum autem Spatium inexstructum nullius usui relinquere: Idem statuendum de subterraneo, nunquam ab ullo humano intellectu penetrato loco.

CAPUT IV.

De TELLURIS ANIMA.

Fuerunt
qui Telluri
Animam
vegetabi-
lem ac sensi-
bilem ad-
scripsierunt.

Prædictæ & aliæ circa Telluris globum observationes, tot functiones effectionesque edunt, ut sese, cæteris paribus, pro animâ vegetabili & sensibili non paucis Philosophis venditaverint.

Sic Chilon in monte Olympo disputans, Tellurem homini similem affirmavit: hoc est, animâ præditam, vegetativâ & intellectivâ, *in suo scil. genere*.

Stoici arbitri-
trati sunt
Tellurem
Animal
esse.

Et Stoici arbitrati sunt: Tellurem animal esse, mente & Spiritu præditum, habens in profundo Oceani quasdam cava- tates, tanquam nares, per quas exspiret & inspiret aquas, unde accessum & recessum Maris fieri putarunt.

Rationes.

Etiamsi autem (uti communiter animalia hujus Telluris) passus non faciat; tamen mens in illa agitat mo- lem, & quicquid in rerum natura ex- cellit, illud sine dubio animam habe- re necesse est; Non itaque nobis ver- mibus Telluris, ita abjectè vel con- temptim de cœlestium corporum pri- mariorum majestate sentiendum, in quibus tamen Dei omnipotentia præ- cipue manifestata est.

Anima.

Anima dicitur actus corporis organi- ci: Telluri non solum actus est insi- tuts per totam molem, sed etiam ad- nascentium, excrescentium, super- venientium &c. entelechicè ab illo pendent.

Organa si desideres, ecce polos duos, qui per virtutem magneticam firmiter & immobiles servantur, non aliâ de causâ, quam ut se Terraueus globus circa axes vel centrum suum, in fixâ statione absque omni vacilla- tione, vertere, Solemque (à quo re- creatur & simul in circuitu magno seu annuo circumducitur) observare, ac ejus lumen, convertendo sese ob sa- lutem suam & omnium supra suum corpus nascentium & viventium inco- lumitatem, recipere possit.

Hunc motum à Tellure, non au- tem ab altissimo quodam primo mobili esse, colligitur firmissimis rationi- bus ex vero mundi Systemate, per totum lib. 6.

Si itaque à Tellure est! Motor hic, anima ejus est; cujus sedes in intimis visceribus & sine dubio ignis vel ignea Flamma à Solis igne mutuò sumpta; quam partim ab aqua nutririri (sicut vi- demus quod faber, ignem aquæ af- pergine instaurare potest) & tanquam *pt. a.* principium activum, omnia reliqua informare, animareque putandum; unde perpetuam deprehendimus hu- morum, diversorumque effluviorum vim, perenni fluxu è Terra emanare, perpetuos efflari halitus, &c.

Non igitur à ratione alienum illud Hippocratis sententia Hippocratis, qui dicit: *Animatum cor- quis sit Corpus Ani- pus undique esse perspirabile, & ad matum.*

Hippocratis sententia
Corpus Ani-
matum.
quis sit